



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Onvs Ecclesiae.|| In hoc libro ... admiranda quædam ac
planè obstupenda, de septem ec-||clesiæ statibus,
abusibus quoq[ue] grauissimis, & futuris eiusdem
calamitatibus ex sanctor[um] pro-||phetijs & ...**

Pürstinger, Berthold

Coloniæ, 1531

VD16 ZV 12498

Qua[n]to t[em]p[or]is spatio q[ui]sq[ue] status durat Cap. 7

urn:nbn:de:hbz:466:1-29969

J.c. 15. §. 19
 J.c. 10
 §. c. 5. §. 7. &
 J.c. 3. §. 6
 J.c. 6. §. 5
 J.c. 7. §. 7
 §. c. 2. §. 5
 §. c. 4. §. 11
 & J.c. 49. §. 9
 J.c. 68. §. 2
 J.c. 7. §. 7
 §. c. 5. §. 8
 §. c. 6. §. 4
 J.c. 9 in prin
 J.c. 10 in pri
 & J.c. 62. §. 17
 J.c. 62. §. 7
 in fi.
 §. c. 4. §. 7
 & J.c. 29. §. 1
 J.c. 23. §. 12
 in prin.
 J.c. 66. §. 9
 J.c. 21. §. 9
 J.c. 10 in pri
 J.c. 10. §. 2
 §. c. 6 in pri
 & J.c. 8. §. 1
 & J.c. 11. §. 2
 n. q. i. futura
 J.c. 12 in pri
 J.c. 22.
 J.c. 8. §. 2
 Dist. 15. c. 1.

retunt à natiuitate Christi vsq; ad destructionem Hierosolymæ à Tyto factam, ita modo per aliquod tempus vsq; ad deuastationem ecclesiæ, simul currunt quin tus status. s. veteris malitiæ (qm̄ membra ecclesiæ vitiosa sunt) & status renouati onis, ad præsens ex parte, tandem in fine sexti status integrè liter fiendæ. Vnde eosdem ambos status Sybilla vno oraculo comprehendit.

V. § Finē vero huius sexti & initiū septimi status nemo assignare potest. Nam in Apocalypsi Iohannes prohibetur signare verba huius prophetiæ, & ta men prius angelus Iohāni dixit: Signa quæ loquuta sunt septem tonitrua. Ex hoc elicitur, q̄ anterior, vel generalior pars reuelationis significari præcipitur, sed terminus & species prohibetur. Quicquid enim in sanctæ ecclesiæ initijs latuit, fi nis continue ostendit. Et sic scimus sextum statum terminari in Antichristo ma gno, cuius cauda durabit vsq; ad interitum Gog, & suorum satellitū, sicut vetus testamentum in primo Christi aduentu habuit finem, caudā vero vsq; ad destru ctionē ciuitatis Hierosolymæ. Et si septimi status tempora & conditiones igno ramus, donec euenierint, eum tamen statum scimus certo futurum, & Antichristi tempore inceptum iri, ac finiri extremo iudicio. In quo octauus status inchoa bitur perpetuo duraturus.

¶ Quanto temporis spacio quisq; durat. Cap. VII.
Vertinus describit spacia temporum & statum esse inæqualia & plu rimum disparia. Cuius causa est in secreto dei, qui eadem tempora & status distinxit pro sua diuina voluntate secundum diuersas gratia rum influentias, sicut & tempora septem ætatum sunt inæqualia. Ait nanq; q̄ primus status, scilicet apostolorum, non diu durauit; diffusio enim fidei per apostolos in orbem vniuersum debuit esse velox instar lucis solaris, & fulgo ris in vniuersa subito discurrentis. Nam qui emittit eloquium suum terræ, velo citer currit sermo eius. Apostoli quippe fuerunt testes veloces, & oportuit eos prædicare cito verbum dei, quod est lucerna pedibus nostris, & lumen semitis nostris; mandatum quoq; nouum censetur esse lucerna, & lex Christi lux, qui ve nit in hunc mundum. Et quāmdiu ipse Christus in mundo, fuit, lux mundi fuit, postquam autem ad patrem transiit, constituit apostolos principes omnis ter ræ, vt essent lux mundi, qui accenderunt lucernam fidei & posuerunt super can delabrum, vt luceret oibus qui in domo, id est in mundo, sunt, & vt intrantes vi derent lumen veritatis. Quia nihil absconditum quod non manifestetur, neq; oc cultum quod non veniat in palam.

I § Et sicut olim ad reformandum altare prophanatum synagoga accedit lucernas, quæ super candelabrum erant, vt lucerent in templo. Sic hodie mulier in typo ecclesiæ ad diligenter quærendam dragmam deperditam, accendere de bet lucernam, quam apostoli super candelabrum posuerunt, vt pote in vniuerso mundo veritatem fidei velociter manifestando. Huiuscemodi repentinam con uersionem præuidit Dauid in spiritu, dicens: Tu lucerna mea domine & illu minabis tenebras meas, in te enim curram accinctus & in deo meo transiliam mu rum, dominus quidem promiserat se daturum Dauid, i. Christo, lucernam & fi lijs eius omni tempore. Per filios intelliguntur apostoli, quorum lucernam deus illuminauit, vt subito & late luceret. Vnde dicitur: Sicut lucerna fulgoris illumi nabit te. Et alibi: Tu illuminans lucernā meam domine. Quocirca in apertione primi signaculi Christus habebat arcum, & exiuit vincens vt vinceret.

II § Secundus deinde status, scilicet martyrum, propter confirmationem fidei prope trecentis annis vel diutius durauit, vt pote à prima Neronis persequi tione vsq; ad vltimum Iuliani apostatæ peruersitatem: Vel, à diuisione apostolo rum vsq; ad primum, id est Nicænum, concilium, vel à passione Christi vsque ad Constantinum, qui adeptus veritatis fidem, primus dedit pacem ecclesiæ, ab illo etenim tempore Christiani semetipsos domino cōsecrarunt.

III § Status postea doctorum cœpit à tempore eiusdem Constantini ad fidem conuersi, qui ad Romanā sedem Syluestrum instituit. Quo tempore aduer sus Arrianam hæresim primum generale concilium Nicænum celebratum est. Is

Gal. 2. ac. 16
 & 21. & Tho
 q. 10. 3. art. 4
 ad. 1. 2. 3
 Apo. 22
 Apoc. 10
 Psal. 147
 Psal. 118. lite
 ra Nun.
 Prouer. 16
 Psal. 44
 Mat. 5
 Luc. 8. it
 Marci. 4
 Luc. 12
 1. Mach. 4
 Luc. 11
 Luc. 15
 2. Reg. 22
 2. Para. 21
 Luc. 11
 Psal. 17
 Apoca. 6

C

tertius

tertius status sub Ambrosio, Augustino, Hieronymo, Beda, Leone, Chryso-
 mo, cæterisque eximijis doctoribus viguit vsq; ad Iustinianum Augustum quãdo
 Christiana religio in toto fere orbe terrarum erat solidata, vel vsq; ad quintum
 concilium scilicet Constantinopolitanum, vbi hæreses sunt extirpatæ, fidesq; ca-
 tholica propagata, tunc enim christiani communiter inceperunt perfecte sequi
 Christum & vitæ acrimoniam subire.

III § Quartus status inchoatus est à tempore Pauli primi Eremitæ, Anto-
 nij, & Macharij, ac aliorum anachoritarum, qui vna cum alijs pluribus christia-
 nis perfecte Christum sequentibus, omnia vendiderunt, & pretia inter egentes
 distribuerunt iuxta saluatoris consilium fugientes quoq; vanam gloriam in hæ-
 re mo degerunt. De quibus scriptum est: Florete flores quasi lilium, & date odo-
 rem & frondete in gratiam. Porro in eis verificatum est illud Apocalypsis: Mu-
 lier, id est ecclesia fugit in solitudinem, vbi habebat locum paratum à deo, vt ibi
 pascat eam. Et datæ sunt mulieri alæ duæ aquilæ magnæ, vt volaret in desertum
 in locum suum vbi alitur. Nempe spūalis contemplatio & cælestis conuersatio
 sunt quasi duæ alæ, quibus fit à mundo separatio & à carnalibus leuatio: Itaq; ec-
 clesia quarti status dicitur fugisse mundana & volasse in solitudinem. Hic status
 quartus nequiuit, ob vitæ austeritatē, longius durare, potissimū in malitia Aegy-
 pti & aliarum circumiacentium regionum vbi talis rigore summopere floruit ad
 horam. Sed secundum Ioachim proficiendo decreuit. Nam fragilitas humanæ
 carnis tam difficilem statum diu sufferre nequiuerat: Inde ad crebras variasq; su-
 perstitutiones & hypocritas deuenit. Quapropter ecclesia eo tunc fuit oppressa à
 Vandalis, Gottis, Longobardis, ac alijs inimicis. Imò multa regna christianorū
 sectam Sarracenicam secuta sunt, totq; calamitates eo tūc ecclesia passa est quod
 Gregorius magnus credidit circa finem quinti status, extremū iudiciū esse futu-
 rum prout scripsit in Homelia super verbis istis: Erunt signa in sole & luna.

V § Ex præmissis alijsve pluribus causis ille quartus status difficilis & rigo-
 rosus est remissus & contra eius duritiem in ecclesia inductus est status quintus fa-
 cilis & descensiuus, quoniam pro humanæ imbecillitatis conditione multitudo
 christiani populi debuit benigniorem atq; gratiorem habere statum, qui nostræ
 infirmitati proportionabilior esset. Omnes equidem euangelij consilium sequi
 & esse perfecti non potuerunt. Gratiōsus ergo status in ecclesia admissus est, quē
 plures homines facile sufferrent, vt in eo terminaretur tempus plenitudinis gen-
 tium, ac etiam vt humana leuitas diu toleraretur, quo iustius iniquitatem eius iu-
 stissimū deus citaret & condemnaret. Is quintus status (in cuius calce adhuc su-
 mus) est iam in septimo millenario à creatione mundi, & incepit quasi à tempo-
 re Caroli magni, quando ecclesia in suis terris & membris ingentem à Gottis, a-
 lijsq; rebellibus diminutionem passa & per sectam Sarracenorum in plerisq; lo-
 cis intercepta est: Romano imperio eo tunc diuiso, in occidentale scilicet regnū
 & orientale. In quo quidem oriente idem quintus ecclesiæ status dūtaxat durauit
 vsq; ad extinctionem christiani ibidem nominis, quãdo tempore Federici ter-
 tij Mahometes Turcorum rex vrbē Constantinopolim pluresq; alias christia-
 norum munitiones & ecclesias expugnauit atq; obtinuit. Nam tunc pro maiori
 parte succubuit ecclesia orientalis.

VI § Quanto vero spacio durabit ecclesia occidentalis, deus scit: vita quip-
 pe spiritualis in occidente iam dudum occidit. De quo ecclesiæ casu habetur in-
 fra, cap. 18. vsq; ad cap. 28. Potest tamen ipfius quinti status duratio referri vsque
 ad ruinam ecclesiasticæ dignitatis, vtpote vsq; ad damnationem ecclesiæ Roma-
 næ carnalitatem sequentis. Nam sicut in quinta mundi ætate synagoga per mul-
 tas aduersitates fuit oppressa, ita ecclesia occidentalis, præ fertim circa dignitatē
 ecclesiasticam, in quinto eius statu supprimitur penitus, & tūc dicitur. Cecidit,
 cecidit Babylon illa magna. Hoc fiet futuro tempore Antipapæ & sui imperato-
 ris, quãdo ecclesiæ infligetur secundum vā & omnino ruet status ecclesiasticæ di-
 gnitatis, de qua ruina dicitur infra.

VII § Imperfectio autem ecclesiæ & quinti status tam diu à deo suppor-
 tatur do

Acto. 2.
 Luca. 18
 Eccle. 39
 Apoca. 12

Luca. 21

Matt. 19
 Roma. 11

Anth. 5. pr.
 su. histo. ti.
 23. c. 15. per
 10.

Apoc. 14. 18

Dist. 15. ea
 J. c. 9. §. 4
 Dist. 15. c. fi-
 cut §. 1.
 J. c. 11. §. 5
 S. c. 6. i. pri,
 J. c. 15. §. 2
 J. c. 54. §. 4
 J. c. 13. §. 9
 J. c. 68. §. 8
 J. c. 13. §. 9
 J. c. 14. §. 15.
 & c. 19. §. 8
 J. c. 13. §. 8
 J. c. 61. §. 3
 De electioe
 c. venerabi-
 lem.
 J. c. 9. §. 5.
 J. c. 46. p. to.
 J. c. 19. §. 15
 J. c. 18. §. 3
 J. c. 41. & 42
 J. c. 46. §. 10
 S. c. 4. §. 7

j.ca.17. §.17
 j.c.29. §.3
 §.c.6. §.5
 j.ca.44. §.8
 §.c.6. §.5 &
 j.c.9. §.7
 j.ca. 66. §.2
 j.ca.56. §.4
 j.ca.16. §.4
 j.c.62. §.11
 §.c.1. §.10 &
 j.ca.42. §.1.
 j.eo. §.9. §.1
 & j.c.8. §.4
 §.eo. §.8. §.1
 & j.c.5. §.5
 j.c.12. §.1 &
 j.c.18. §.1.
 j.c.12. §.1 &
 j.c.18. §.3 &
 j.c.15. §.6
 j.ca. 62. §.3
 j.c.44. in fi.
 Tho. de opi
 b. 6. die. 1
 p. q. 67. vsq;
 ad q. 75. ex
 clusiu.
 §.c.5. §.1 &
 j.ca.10. §.4
 j.c.11. §.5
 j.c.15. §.8
 §.ca. 7. §.2
 & j.c.11. §.1.
 j.eo. §.3
 §.c.7. §.3 &
 j.c.12. in pri
 & j.c.65. §.4

ratur, donec in eodē statu prolixo cōpleatur plenitudo gentiū & numerus electo
 rū: vel potius, donec impleta fuerit mēsurā malitiæ. Rursus de inchoatione & du
 ratione sexti status ecclesiæ reformandæ nihil certi habemus, vt dictū est. Finis
 autē eiusdem commonstratur in futuro magni Antichristi aduentu, quando fiet
 tertia. i. vniuersæ fidei catholicæ ruina. Spacium vero temporis vsq; ad Antichri
 stum est nobis penitus incertum, licet suus aduentus sit certus.

VIII § Septimus demū ecclesiæ status incipiet post secundū Christi aduen
 tū, quādo spūs oris sui interficiet Antichristū, & finietur in extremo iudicio. Sed
 quanto tēpore sit duraturus, latet: tamen Ioachim arbitratur eum modico spa
 cio duraturū, sumpsit proculdubio sui arbitrij occasionem ex verbis Christi, di
 centis: Et nisi breuiati fuissent dies illi, non fieret salua omnis caro, sed propter
 electos breuiabuntur dies illi. Vbertinus autem existimat, quōd ille futurus septi
 mus status, qui erit inter Antichristum & extremum iudicium, tantum temporis
 spacium continebit, quo totus Israel duodecim tribuum, vna cum omnibus gen
 tibus, ad Christum conuerti valeat. Illud nanq; tempus per gradus crescit à mane
 id est à sui initio, vsq; ad meridiem, id est ad summum eius, quia eotunc fiet sum
 ma ecclesiæ militantis perfectio, ex quo totus orbis ad fidem conuersus summis
 virtutibus clarescet, deinde per gradus iterum deficiet. Inuocabunt enim nomen
 Baal mane vsq; ad meridiem, Postea decrescet à meridie vsq; ad vesperam, id est
 ad noctem iniquitatis.

IX § Hinc scriptura inquit: A mane vsq; ad vesperam immutabitur tem
 pus. Et: Qui habitant domus luteas, terrenumq; habent fundamentum, consu
 mentur, & velut à tinea de mane vsq; ad vesperam succidentur, & in æternum
 peribunt. Iterum: Dum adhuc ordier, succidit me de mane vsq; ad vesperam fi
 nies me. Siquidem in calce septimi status homines ad tantam iniquitatis vespe
 ram peruenient, quod vix inueniatur fides in terra, prout aperte dominus ostendit,
 dicens: Cum venerit filius hominis, vtpote ad extremum iudicium, putascē
 inueniet fidem in terra: Vnde elicitur quod mundus in sui fine malis moribus &
 superstitionibus laborabit, ac in malitia vsque adeo abundabit quod Christus do
 minus, prope sua iustitia compulsus, ad extremum iudicium sit venturus. Tunc
 demum erit mundi ruina vniuersalis, de qua infra capitulo finali.

De comparatione septem dierum ad septem status ecclesiæ. Cap. VIII.

Septem status ecclesiæ coaptantur dinino operi septem dierum formatio
 nis scilicet mundi, vti copiose declarat Vbertinus: Hæ quidem sunt seriatim
 domini sanctæ, quas celebrare debemus temporibus suis. In veteri nanq;
 testamento tanquam super faciem abyssi, scripturarum erant tenebræ &
 obscuritates carnalis intelligentiæ, spiritualisq; ignorantia. Quamobrē in primo
 ecclesiæ statu ortus & natus est Iesus lux mundi. Nam dies primus erit nobis cele
 berrimus, sanctusq; & venerabilis, quia dies clangoris est & tubæ. i. sacræ feri
 pturarum. Eiusdem em̄ diei primi. i. Christi doctrina & fides illuxit orbi, diui
 sitq; lucem fidei à tenebris synagogæ, & ab errore gentilium.

I § In die altera oblata sunt vituli de armento duodecim, nam per opera
 tionem duodecim apostolorum, ac per acrimoniam cæterorum martyrum in
 cepit secundus ecclesiæ status, quando factum est in cælo, id est in ecclesia militā
 te, firmamentum patientiæ & constantiæ martyrum. Propter quod desideria vi
 tæ supernæ diuisa sunt quasi infinita à finitis desiderijs præsentis vitæ transito
 riæ, tanquam aquæ superiores ab inferioribus.

II § Deinde tertio die mēsis septimi filij Israel obtulerūt vitulos vndecim,
 per q̄s denotant doctores. i. vndecim stellæ quæ adorauerūt Ioseph. i. Christum
 quē doctores doctrinis sanis coluerūt. Ad hoc facit quod vndecim discipuli abie
 runt in montem. s. altæ intelligentiæ, & videntes Iesum, adorauerunt eū. Ad pro
 positum, in tertio ecclesiæ statu cōgregatæ. i. sequestratæ, sunt aquæ infidelium tē
 pore & opere Constantini, qui palatium Lateranense ac Romanā urbē, omni
 umq; Italiæ & occidentalium regionum prouincias successoribus beati Petri as
 signauit, priuilegium quoq; dedit, vt sicut Romanus imperator esset caput totius
 mundi

Roma. 11.
 2. Theff. 2
 Mat. 24
 Vbertinus
 3. Reg. 18
 Eccī. 18
 Iob. 4. in fi.
 Esaiæ. 38
 Lucæ. 18
 Gene. 1.
 Vbert. de se
 præ statibus
 Leuit. 23
 Gene. 1.
 Iohan. 3
 Leuit. 23
 Nume. 29
 Gene. 1.
 Nume. 29
 Cath. Sen. c
 150. Gene. 1.
 Nume. 27
 Gene. 37
 Matt. 28
 Dist. 96. Cō
 stant.

